

Harara

27. a. 5-20.

~~B-2 Dec 14~~

Caja
B-60

91 fol' + 52 hoz. en bl.

15 Majo - 1912

1

*Rhetorica com-
pendium à Père Joan-
ne de Marana
elaboratum.*





M. de la Roche
M. de la Roche
M. de la Roche
M. de la Roche

Synopsis Practica
 Solutæ, Strictæque orationis duplici tractatu
 Comprehensa.
 Tractatus I.

De virtutibus, et vitij characteris, seu Style.
 Prologus

Breviter de Style dicam, auditores, quæstio-
 que vobis in promptu sint ex Causino, et alijs. Ut huic
 potissimum operam deti velim. Optimus si dicendi
 magister est, ut cum Nigronio nostro loquar, que vo-
 bis met. usu, ac diligentia comparabitur, simul si nota-
 tiunculas istas memorie tradiderit. Parentis hœla-
 pientia habet teste ~~Africani~~ ^{no} vatum antiquorum accur-
 ratissimo. Vnus me genuit, mater peperit memoria, So-
 phiam vocant me fratres, vos sapientiam. Tres ergo elo-
 cutionis formas, ideas, sive characteres esse sive in
 Carmine, sive in oratione soluta procul dubio apud
 omnes certum est. Nam stylus alius gravis est, sum-
 mus, et grandiloquus, alius mediocri, mediis, et tem-
 peratus; alius tandem attenuatus, humilis, atque in-
 firmus, ad quos omne style genus reducitur, eo quod par-
~~ta~~ sublimis, mediocria temperate, sublimia gra-
 viter dicenda sint. et quamvis diversis hominibus
 identidem animadvertatur ^{mus} innumerabiles dicendi
 formas, pro varia eorum natura, tamen ad aliquæ
 ex his tribus dicendi modis necesse est pertinere. Ut
 enim cuique est ^{sua} facies, sua cuique vox, sua cuique
 natura, et totius corporis diversus est habitus, ita
 suus cuique, suus est dicendi stylus, vel gravis, vel
 levis

levis, vel hilaris, vel modestus, vel vehemens, vel lenis, vel
brevis, vel copiosus, vel facetus, vel urbanus, vel horri-
dus, vel durus, ad summam quot sunt ipsi homines
tot sunt styli, at vero cuncti in triginta stylo conser-
dicto concluduntur qui isti sunt, quae illorum virtu-
tes, et quae illorum vitia, in frae prope subijciemus,
quo facilius addi possunt.

Quid sit Stylus?

Stylus est tractura orationis, et modus dicen-
di acutusque homini natura fluens, qui inventionis,
dispositionem, et eloquitionem artificiose comprehendit,
quem ignorant barbari, et qui arctis, compositisque
orationis leges non didicerunt: diciturque phrasi, dictio,
character, orationis stilum, habitus, tenor, forma, dicendi
figura.

De summo, et Grandiloquo
Charactere.

Stylus summus, materias graves, et excellentes continet,
qui debet esse sententiarum gravitate conspicuus, verborum
flore iucundus, locis figuris, atque amplificationibus orna-
tus, numeris fluentibus extructus, et omni gloriose elegan-
tia, quem appellat Cicero grandiloquum, amplum, ve-
hementem, ornatum, varium, copiosum, gravem, ac-
cidentem, atque ad convertenda animo opportunum:
hic sonitu magno, cursuque festiva, et modo tractat
animos, et omnimodo permovet, ac perfringit, modo
in sensus irruit, et modo insulset, ad summum sonat,
fulminat, ac permisset omnia, Sicut Cicero est, atque
Demosthenes, Sicut Homerus, et Virgilius, quod ut af-
sequerentur de functor excitabant, patriam congre-
tem

tem inducebant, quæ plurimè stabantur amplificatiõibus, superlatiõibus, et similibus ad necessarios affectus commovendos. Exempla longiora sunt, Oratio pro Rab. Post hoc charactere scripta est, *Annus* que tota *Vigiliana*. *Flure* *Stylum* etiam docent *P. Pergrinicus*, *P. Denicus*, *Marcus Antonius Mucatus*, orationes, etiam gratulatoriæ, etque ceteræ.

Hæc etiam spectat *Stylus Panegyricus*, et hæc genus dicendi laudatorium in conventu Populi, sacro, quæ celebrabitur, quo cælestes, Reges, atque Imperatores laudantur, referuntur que est omni eodem que genere elegantis, et splendoris, quo *Stylus sublimis*, ad quem adducitur: cuius exemplar reperitur apud *Plinium Juniores*, *Mertanum*, *Pacatum*, et alios: quem etiam edocent hodiè nostri concionatores: non illum, inquam, qui in suble, et emarcescere abutantur *Rhetoricæ præceptis*, sed qui accurate munus *Panegyricarum* adimplent.

De *Mediocris* Charactere.

Character hic *mediocris* res lectiore sermone explicat, demissus aliquantulum a gravi, *medius* inter *supremum*, et *infimum*: accipit figuræ, quibus tenuem formam superet, non tamen ita atrox ma attingat: præcipue gaudet acutitate, seu volubilitate, qua est *disponulato* cultu evoluitur leni decursu auditorum animos demulcens: adhibet verborum, ac sententiarum ornamenta, *lucina*, et *splendorem*. Hæc genere dicendi scripta est *oratio pro lege Manilia*, hoc etiam *Stylus Libicus*, et *Cæsar*, hoc *Diogenes* in *Diog.* et alii scribunt.

Stylus Historicus, quo *Plinius* longè illustratur, et

temperatum, ac mediocriter genitum dicendi, amo orationis
tenore, placido, amenoque orationis cursum, quieto ameno
similitur perfluens. Hunc Stylum aperte docent, et deinde
eius commentaria Quirius, Tullius, Titus Livius, Cui-
rius, Lucius Florus, M. P. Fabianus Arada, Mas-
seius, Maxiana, et alij.

Stylus Philosophicus, qui etiam ad huic me-
dium spectat, est genitum dicendi sedatum, solutum, flu-
ens, et copiosum, quise in varias res rationibus, ar-
gumentisque diffundit, quo utuntur Philosophi, Phi-
logi, Sacrasumque literarum Interpeteri: cuique
comparando accommodantur, libri Cicero de de natura
de deorum, de Questionibus Tusculanis, de divini-
tate, de Legibus, de Universitate, de Petitione con-
sulatus, de Officiis, de Amicitia, de Senectute, de
Pseudodoxis, de Academiciis questionibus, de Finibus
honorum, et malorum, de Oratore, de Libris Rhet-
oricorum, ad Fleremium: Seneca de questionibus
naturalibus &c.

De Genere Infimo.

Stylus hic, qui humiles res tractat, vel comedias,
sed sermone quotidiano, solutus est à nuonorum
vinculis, ut quocumque libere ingrediatur, non
ut vagus licentius erret, caret elaborata concinnitate,
et insigni ornatus, verborumque luminibus,
natioero comonuni sermuni candore contentus.

Nonat tamen acutas, crebraque sententias, gona-
ta vero sententiarum, verborumque parci, et ve-
re cunde adhibet. Demum eius ambitus angustus
est, qui valentiora latera non acquirit: et hoc di-
cendi.

dicendi genere orator probat, quae eius virtus praecipua
 perit perspicuitas. Hoc genere Cicero dixit pro Quinctia, et
 res analogas distinguit, involuta explicat, abstra-
 sas aperit. Hoc etiam Bucolica Virgiliana, et postea
 ad pastores cantata sunt.

Stylus familiaris tenuis est, cum sola sermo-
 nis elegantia, proprietate ac puritate continuatur: ho-
 nesto, et antiquo loquendi modo nitatur sine ulla
 amplificationis artificio: quae ut acquiratur vsu sunt
 de alog' P. Jacobi Pontani, Ludovici Vives, Sylva
 verborum, et nominum, assidua quae latine loquen-
 di exercitatio.

Stylus Epitolarum sordet nisi sit parvus dilu-
 cidus, vsitatus, bene contextus, sine ulla amplifica-
 tionibus, aut digressionibus, nec bene cohaeret cum lon-
 ge, plenus quae periodus; reduciiturque, ut procedens ad
 stylum infimum: cui acquirendo deserviunt Epi-
 tolae familiares Cicero, Pauli Manutij, Sodalitij;
 qui si locupletior sit, Epitole Cicero ad Atticum,
 Brutum, et Quintum fratrem, Plinij Juniori, ali-
 que Sive Hieronymi, et P. Maffei. Sed iam de
 virtutibus characteris dicendum est.

De Perspicuitate.

Maxima haec virtus est, et inter omnes pro-
 cipua; si hac carueris, tibi dixeris non audire oratorem.
 Sermo cum homini a natura datus est, ut omnem
 explicaret suam: si obscurus sit, iam frustrata na-
 turae finem. Ergo perspicuitas, facilitas orationis est
ad rem intelligendam. Partitur haec puritate, et
 unq

rerum discretionem, puritas amat verba nota, rursus
antiquam obsoleta, obscura: paradoxos breviter cir-
cumscribit, nam longe obscurant mentes, potiusque
intelligentia: incisa, et membra distinguit, nec
aliud alijs intersecat, fugitque potissimum Hyper-
bata. Adhibet praeterea sensus communes, quia
ceterum mentem, cogitationemque cuiuscumque veni-
ant, aut qui tales, altem videantur; et uno fluctu plus
lenissime absque fluctuosis Meandris. Perinde por-
tio altera est, quae multum iuvat ut proxiq;ue dicas,
apta ergo sit rerum collocatio, ut omnia ordine dispo-
nantur pulchra compage membrorum, ne mostro-
se per capita, aut in cauri pectus iungatur. Recte
collocabit, si transiitione utari ab hunc scilicet
ad aliud cum ordinis dignitate gradiendo. iuraturque
multum si ratio in ratione utamur, dum non mitis pro-
rogamus, et facti rationes subiiciamus: exempla in so-
luta oratione longiora sunt, ideo regius carminas sub
Ariam. Virg. Eclog. 1.

(In humili)

Fortis sub arguta considerat illic doghnu,
Congulerantque greges Corydon, et Syas in arvis.
Hic ovem, Corydon de tentas lacte capellas
Iambo florentes et tatis Picaeas ambo,
Et cantare pare, et respondere parati.

(In medio)

Ipsa caput tonis folijs ornatus olive
Dona feram: iam nunc solemnes ducere pompas
Ad delubra iuvat ce, osque videre iuvenicos.

(In summo)

Sic factus meritis aris maclavit honores
Iaxas Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo,
Nigram Phoeni pecudem, Zephyri felicitibus alta.

De

De Gravitate

5

Duplex est gravitas, alia in verbis in virtute,
alia in actibus ipsius est. Et virtus hæc summi caractere
aut præcipua est. Sed non quæ ibi neceario semper in
veritatem, at istam in levibus causis, sectari videtur
lucet: sed res humiles verbis saltem gravitas tra-
ctat, præcipue cum ex res incident, dum materia
gravem tractamus, summi arti fieri est. Tali Vig.
sepius, in *Æneide*, præfecam exemplum. lib. 1.

Illic se præde accingunt, dapibus que futuris
serpens dirigidunt costis, et arida cæca nudant.

Pars in frustra secant, verubus que tremuntia figunt,
Littore ahe na locant alij, flammæque ministrant.
Num potuit rim humilem magis vix cunde, gra-
viter, et ample explicari? Non hic culina, non coriis,
non pellis, non deglubere, non elicare: en in humili-
bus, et omnium sumonum, et gravem *Vigiliam*.

Gravitas alia, et præcipua in rebus est: hæc
in quatuor species sunt distinctæ. Primum sermo-
nes de Deo gravissimi sunt, (non hic de fictorum
numinorum inepti loquimur) sed eos sermones tan-
tum commendamus, qui ex optima veritatis dis-
tincta præficiuntur. huius omni si sepius apud
negotium, apud Platonem, et apud Acceronem ut
in *Miloniana* de Divina Providentia, ab illis verbis
Et est præfecto illa vis & Gravitas secundo est ser-
mo, qui de omni veri natura, et æconomia loquitur,
qualis Platonis in *Fingio*, Acceronis in *sonorium* et
pionis Novem tibi orbibus vel potius gloriis conne-
sunt omnia. Et Vig. 6. *Æneid.*

Prinū

Principis Caelum, et terram, camposque liquentes,
Lucentemque Lunam, Titaniamque aethra
Spiritus intus alit: totamque infusa per artus
Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.
Inde hominum, pecudumque genus aethraeque volantis
Et quae in aemulo fert monstra subaequoae pontus &

Tertio gravia sunt, quae nata ad divinitatem
accedunt, qualia potissimum de immortalitate animae,
de gloria Beatorum, et damnatorum genus, quorum
passim exempla agitur Plautum, Accorinem, et Vir-
gilium. Demum quae etiam humana sunt, sed mag-
na sensu, et opinione hominum, ut bella expeditio-
nes, pompae, triumphus, & Et haec quidem tam Ethni-
cis, quam Christianis oratoribus communia sunt.

Sed patet nobis latior campus; quoniam plura et
maiora mysteria revelata sunt. Haec ergo tracten-
tur gravibus, et selectissimis verbis, cum splendo-
re, vigore, vehementia, atque asperitate; ubi illud quae
est; vehementia quando in adversarios in vehemens.
Asperitate ubi acerbis reperimus. Splendore cum
nobis modeste commendamus. Vigor has tres vir-
tutes temperat: est enim vividula quaedam, et floris
ratio, quae nihil humile, nihil repens, nihil demum
sum, aut otiosum habebat. Haec virtute pollet
licet in Philippi. Haec etiam virtute comita-
tur Peribole, latine oratio circumdata: et est ipse
visum amplificatio ab omnibus locis, et auctoritas,
quae in aemulo possunt, quae frequentatione rerum,
et commemoratione oratorum corroborant. Quo pacto
id fiat ex Rhetorice praeceptis plenius congerietur.
Veni

Denique gravi orationis methode rebus con-
tat, quinque. Prima sensuum, et inventionum vi-
reumque prudentia, sagacitate, atque fecunditate,
qualis in Homero, Cicero, et Demosthene, in-
venitur. que virtus maxime ex bonitate ingenij
pendet. 2. Vehemens, acris, et fixa quodam inci-
tata affectio est, que in ipsa dñi positione cluget, et
conspicitur, dum orator dicit, fulminatque dicendo.
3. temperies figurarum, dum illustres intervult
descriptions, amplificationes, parabolas, icones & 4.
dictio gemma, gravibus tropis sine affectione ad-
hibitis. 5. compositio, et numerus est, affectionis
etiam expressio, imo plerumque de industria ince-
ritus.

De Pulchritudine, et suavitate Styli.

Virtutes ~~in~~ mox dicendæ tri stylos or-
nare possunt, sed precipue medium, abhorrent
ab alijsque earum summus, ut patebit. Pul-
chritudo ergo est singularium orationis partium,
cum coloris suavitate concinnitas, et hæc uni-
versalis magis est: nam et quilibet pars suam
habet pulchritudinem. Stylus hic totus est in
delectando, ideo artificium querit concinnas
sententias exculpat, fabulas, et historias inte-
xit, verba transfert: deorum mille coloribus pin-
gitur, et ornatur. Talis Heliodorus in *Æthiopi-
cis*, Callistratus in *Naraisso*, et illud Ciceronis
2^o de inventionione. Cratoniatz quondam cum flo-
rent. 8

Suar

Suaritas in oratione est, quæ vel invitum
auditorem trahit ad legendum, cui offertur
peritas. Virg. Eccl. 3.

(In humili) Non allepastus illi egere diebus
Frīgida Saphni vobis ad flumina nulla nequeamus
Libavit quadrupes, nec gramini attingit herbam.

Aeneid. 5. — Si tanta inquit sunt premia victis (In summo)
Et te lapsos non miseret, quæ munera Nilvo
Digna dabit, primam meam qui laude coronat.
Nime quæ saluum fortuna inimicatulipeto
Venustas est gratia, atque perfectio pul
chritudinis cui surgitudo offertur. Virg. St. 5.

(In summo) Qualis spelunca subito delapsa columba,
Cui domus, et dulces latebrosos in pumice nidus
Tortua in aera volans, glaucumque exterrita pennis
Dat tecto ingentem, mox aera lapsa quieto
Prædit iter liquidum, celeremque commovet alas.
Mollescit quod iam ipsum cedit auribus, quæ
aures vult cedere sibi. Virg. Eccl. 4.

(In humili) At tibi grama quæ nullo munuscula cultu
Errantes hederas fascim cum baccare tellus,
Mesta quæ aidentis colo capra fundet achanta
Ita etiam apud Nostrates, Bidermanum, Demon
dum, Bacipum, et Capimiazum fluxima reperitur
epigrammata, quæ solum mollem non incongrue
docent. Sit pro omnibus testis Capimiazus. Epig. 8. de
Pueso Sepu.

Quo tandem meus avolavit ille,
Formosissimus ille natus ille,
Quo tandem meus avolavit infans &
Nixu

Virtutes hę liberiores sunt in examine, sed insolente oratione ne nimium hęc mollescant, debent temperari celeritate, et acrimonia: et Celeritas quidem extergit reddet orationem, addit que dignitatem, dum vibrati sententis acuit, et distinguit illam: constat enim acumine, verbis floridis, et in ipsis crebra volubilitate. Excipite Heconymum hac virtute polentem; Epistola ad Heliodorum. Nolite credere, nolite esse rursi, licet in modum stagni se sum equos ardeat, licet vis summa iacentis eleuantis piritu terga cuius gentus; magnos hic campus montes habet, intrus in desum est periculum, intrus est huius expedite audente, vela sua geridite, Cruxantem ne figatur in frontibus, tranquillitas ista tempus est.

Acrimonia est omnino acuta vellicans, et pungens sile? illud Virg. Aeneid. 4.

Perde citi flammas, date tela, scandite muros. quale illud Virgilianum. Eclog. 3.

Cantando tu illum? aut anquam tibi fistula cera (In humani) Junctus fuit. Non tu in tauris indocte selesas Stidenti miserum stigula di perdere carmen?

Simile est illud Craspi in lamiam deformem, audi amus gulchrum querum. Ut ille acute retorsit, nihil tum mihi fingere non potui, mores potui. Et illud la corij cuiusdam. Arguro cuidam dicenti, multa spartanozum sepulchra apud nos sunt, Lacon respondit. Atqui Arguro rum apud nos nullum est sepulchrum: inuans quod spartani semper in vasijunt Argos. Arguro neco spartanos nunquam.

Nunc

Numeroſitas eſt conueniens ſententię ſonus
excompoſitione, ac diſpoſitione partium. V. Virg. Georg. 1.
(In medio) Suſtuleris fragiles calamos, ſyluamque ſonantę.
Et hec propria eſt carminis, licet non deſideat pro
ſam: alia numeroſitas orationis, que conſiſtit in ipſa
ſelectorum, ac bene cadentium uerborum colligatione,
Anid. Vt ſta periculi quoad uocis ſtructuram, iam in initio, et me
dio, quam præcipue in deſcriptione. De qua in Rhetorica et
degedibus orationi ſeruientibus agatur.

Plenitudo in uenitum cum nihil deſicit, quod
deſideres, nihil redandat in oratione. Virg. Georg. 4.
(In medio) Principio ſedes apibus, iſtatio que petenda,
Que neque ſit uentis aditus (ne namq; pabula uenti
Terre donum prohibent) neque oves, hædęq; petalce
Floribus infulſent: aut exans buccula campo
Decutiat xorem, et ſurgentes atterat herbas.

Floridum idem quod plenum eſt, addit ta
men aliquid, quod ſine iactura deduci queat. Virg.
Anid. 4.

(In medio) Nec erat, et placidum carpebant feſta ſoporem
Coſpexa per terras, ſyluęque, et reſta quieſcant
At, quora: cum medio uoluntur ſidera lapſa:
Cum tacet omnis ager, pecudes, quęque uolucres,
Que que lacus late liquidos, queq; aſpera dumis
Rura tenent, ſomno compoſitę ſub nocte ſilenti
Lenibant curas, et corda obliuſa laborum.

Que omnia ad ſolam explicandam noctempulche
conueniant, et aggerant Vates. Hunc floridum ſty
lum eleganter deſcriptione, et Hypoſi poſes, que gapi
apud Virgilium, et Accaronem, appoſite docent.

Cultus est amputatio affectatione sordidum est
quo minor est insententia, cum haud omnia, que di
ci posse dantur. Invenitur et in verbis Virg. Georg. 4.

Sive cavā solans et grum in ludere amorem, (In medio)
Te dulcis comua et sole in littore secum,

Te veniente die, te decedente carubato.

Ita cum sermo incidat in ~~stude~~ sordide, velque
aliquam turpitudinem per se ferat, quod vel in ho
nestissimis argumentis evenire poterit, decenti cultu,
verborumque modestis, non sordide, aut turpiter explica
ri congruit.

Et quidem suavis stylus has amat virtutes,
sed audiendus Cicero est in Oratore. Suave genus est,
primum elegantia, et in cum delectata verborum sonan
tium, et lenium. Deinde concinnitate, que neque as
peros hiat concurrens, neque disjuncto, atque hiantes, et
sit circumscripta, non longo anfractu, sed ad spiritum
verborum argto, hiat qui similitudinem, et qualitatemque ver
borum, tum ex contrariis sumpta verbi, et contra crebris,
paria paribus respondeant, relataque ad idem verbum,
et geminata, atque duplicata, ac etiam repitita
ponantur, constructio que verborum, tum constructioni
bus copuletur, tum disolutionibus relaxantur. Huc
atque Cicero, quoniam nihil pulchrius, nihil elaboratius.

Parantur Græcæ varietatem invisa, in audita, nova,
que commotionem affeant, que ornate sunt dictanda
delectationis fabulis, et que ad fabulas accedunt. Ideo
commoventia e ventis, tragædij, etiam si tachymas
eliciant. Preterea faciunt ad varietatem, que ama
bilem sui speciem ingenerant, lenocinanturque sen
sibus

8
sibus. Ut et conicilatum in deribus celum camporum tac-
tu, nemorum rimbz, pellucidi amnium liquores, et
similia. Amatorie etiam narrationes, horum omnium
exempla sunt in Luciani operibus, in Agulio,
et Philiodoro; sed caute hec legenda, immo non le-
genda iuventuti.

De Puritate, Tenuitate, Simpli- citate, et Securitate.

Genus infimum huius potissimum virtutibus
gaudet. Puritas nuditas quaedam est, cum nihil ad-
mixtura ornamenti. Virg. Eclog. 1.

(In humilitate) In tere tugatule, recubans sub tegmine fagi
Sylvestrem tenui myram onditari habet vena.

Et Seneca Epist. 16. Inimicitia mihi de oruntia.

Si quisquam ex his, quod quotidie facio, igno raveris.

Vides quam simpliciter tecum vivam. Hoc quoque
tibi committam. Philosophum audite &

Simplicitas differt a aquitate, quia non solum
ornatum, sed figuram, circumstantias, causasque
numquam adhibet, quas tamen puritas non rejicit. Virg.

Videmus quam dicunt Romam Meliboe putari

Stultus ego huic nostrorum similis. &

Tenuitas orationis est puritas et communis con-
suetudine loquendi. Virg.

Pan primus calamus cera coniungere plura

Instituit, Pan curat ore, omniumque onagi bas.

Securitas est firmitas proprii ad tenui-
tatem, deducitur enim oratio eorum via, nihil curans
figuras. Qualis saepe Virg. in Eclogis, Seneca, et Cicerone,
in suis epistolis.

Veri

De Vitij Characterum.
Stylus Humidus.

Virtutes recensuit, breuiter nunciatia.

Primum vitium humor est, qui cum oratio perverit
magnitudinis, quam sibi deformat, simulacro quod
iussa, in tumida inuptia, et phalexata, ut aiunt, ore
ga procepi abrigitur. Breuius: excepit iure magni
tudinis. fitque verbi soli, vel soli sensibus, vel ver-
bis simul, et sensibus. Verbi, ut apud Accium. Vagant
ruggante gloriam pro scrutante, Perinator apud Lu-
lium pro Sargiveratore. Aglyda pro furfure; et ce-
tera eiusmodi. Et cum verba perperam transferun-
tur, ut apud Xenophontem vocantur anature regul-
cha serorum. pupille oculorum arigine, apud Ter-
tullianum Canicula persecutionis, pro seruicia apud
Apuleium labris indantibus affectare rosas pro
gaudij affluentia. Tertullianus, et Arnobius huius
vitio no tantus, nisi forte in ipis vitus est. Secundus
humoris genus est in ipis sensibus immoderatus, licet
alioqui verba ad legem usus cononum videantur
exalta. Hoc genere peccant suspicione Fragili, dum
res s^a naturam extollunt ut Seneca in Herculo
Acteo: sed tumidior Nonnius Poeta Viciniacorum
scripta in has inuptias in temperantem effusus
phorem suum sic iactantem inducit. Se auinga
tuxum celum fratrem suum; (cum calcastum)
vellet dicere) imo si aliud obis omnia supernific
tuxum, cum setere capis non possit. Item omnia stellas
novi inter se inuptis copulaturum, quo celo glori
or sit oboles. Mercurium in vincula conicelury,
Luna

Lunam habiturum pro famula, que sibi lectos ter-
nat. Quod si lavari velit, Eridano celesti pro bal-
neis apponit. Tertium tumorem genus est ubi res non
modo sensibus, sed ipsi quoque verbi inflatum
quale est illud Meris, Lada, Lybas, capi de, mor-
tes, diuici diu pulveras. Non satis fuerat soluti in
pulverem montes dici se, nisi grade quoque verbi
addidisset diu pulveras.

Stylus Cacozelus.

Cacozelus infelici, et exumosa imitatione la-
borat, et sepius in tumorem, vel frigiditatem exumpit,
ut si quis apud Virgilium legens, sublatum a Turno
Sanum antiquum ingens: hoc postea in alio argumen-
to imitatus dicat fuisse scopulum, cui Caprus etiam
pascentis infidebant. Vides quam hoc sit ridiculum.
Id profecto per omnibus contingit imitatio si tui, qui de
Virgilij, aut Ciceronis magnitudinem suspiciunt, eam
dem exprimere, imo et vincere conantes, in eadem ve-
niunt, et pro vero, et solido corpore, nihil nisi fe-
mos, et ventos orbententia, selectissimas ipsorum
autorum periodi infeliciter gravando.

Stylus Frigidus.

Peccat etiam stylus frigidus: est autem cu-
tor tor, et ardentis sensus, veluti novatoris ingenij
fatu iudicij lumine orbato egerit. Accipe exempli.
Qua nocte Alexander Magnus ortus est, Cytheping
Diane templum conflagravit, Hegeias, qui inter fri-
gidos Sophistas commemoratur a Longino, cum de
Alexandri laudibus diceret, hec addidit Minime
mirandum est, si Diane templum tam grandi con-
cen

condio arserit: quippe dea in igno Olympie partu, que 93
 Alexander editu est, ob tetrandi laboribus, et civis des 99
 tricta ignem non valuit restringere. Sub iungit Ple 99
 tarchus salve quidem, et acute huius epiphonematis
 tantum esse frigus, ut ad Ephesini templi incendium
 restringendum satis validum fuisse videatur. Scitens
 hoc vitio libri Hebræorum scriptorum, quos Rabinos
 vocant.

Stylus Puerilis.

Puerilis stylus tribus sua lictis laborat
 vitis, venatur præterea lupus ononites, et, cum aliqua
 illicetæa vanitione iucunditatis, digressionis inaptas,
 allusiones ad verba, affectatas rerum descriptiones, lu
 xuriantes figuras, verba undique ad ostentationem col
 lecta. Talis est ista Regulii auctore suo onollior vitio.
 Erat in tonjtu, et genis gratus, et corpore glabellus. Cui 99
 ore eiu per multis antij, per multis capionis antensen 99
 tuli, et perpendali. Vestis textu tenui, tactu molli 99
 purpurea radians. Quid? quod et Lyra eiu auxo ful 99
 quaat, ebor candicat, gemonis variegat. Nec plane 99
 caupundia, quibus permittuntur aliquando pufiones
 lusitæe. At vero iam per victæ etati homine cor
 ea rugas, aut verborum inuptias ferri, ononione
 tolerandum est.

Stylus Parenthysus.

Thyrus hastula exat frondi herve
 titæ, quam bachantes gestabant. Inde Stylus Paren
 thysus, qui grandibus, et intempestivi affectibus,
 et figuris in re paxa insanien Bachantium in
 modum festiva; irascitur, ardet, glorat, lamentat,
 gestat

gestit, triumphat, vel in tempore vive, vel in ac minime
ma, et xanam in Minervam, Pigeonium in Poly
phemum, ora leve in cothurnos traquos transfor
mat: unde facit sepius, et duon cupit motus ingere
excitare, delabitur in absurda, que orisum excitant.
Falis est illa, de incendio Daphnitici templi, misera
bilibi Negri Libani, quam S. Chrysostomus agre
gie gerstringit. Hi enim sophista proterbum modum per
tux in miserabilibus, inconditis, humilibus, inclonatos af
fectus, et pro dolori, ac furoris impotentia, in frigida
queque, et inepta transijt, at, cum dicit Sulpianum in
peratorum, ubi de templi incendio afflavit eum su
mor que sibi se talaxia Mercurij, ut ad flammam
resinguendam properaret. sed ubi tandem erat in
ventum certe tardum oportuit fuisse auxilium, si
hæc talaxia sunt expectate. Ita orisum, non dolore,
exitus orationis invenit.

Stylus Scholasticus.

Vitiatus est hic stylus, cum ea, que civiliter
esse debet oratio ad combatilium proceptorum minu
tias putide conformat. Unde videre est alios antequam
ad rem veniant apparatus pro fante, excurrentes lon
gus, digressionem, et communes locos affectantes, qui
bus cum insiderint arbitratur se loci alibi (ut
aiunt) quadrigi vehi: alios in quocumque ad
gamento ex cordis, narrationes, confirmationes,
per orationem congerente: alij sunt, qui artem ple
nissime profitentes omnimodis ex ordij sua ora
tionis, confirmationis &c. tum se exama, in alie
ram partem transituros pollicentur, aut iam
trans

transsepe dicunt. excusant se propterea quod minus
 elaboratam orationem attulerint; quoniam nias cho
 laticia sunt, et ubi meropium curantur, elaborantur
 que concinnius sepe in frigidum aliquid incidunt,
 vel queaile. Hi scholastici oratores religiosus om
 nem oratum exigunt, nevideantur artis legibus
 deesse. Notatus est hoc vitio Trozzatus.

Stylus Poeticus.

Vitijsm est insoluta oratione phrase
 poeticas immiscere, vel canticum imitari notissimus
 quod omne habetur. Notati sunt hoc vitio, et auda
 cia Amnianus, Aguleius, Sidonius, Agollinarius, et En
nodius. Audi hunc: Interea dum anceps ejet for
 tuna certaminis, et gennatz morta sibi ethera ven
 dicarent. Sellus concita tremicit concussione cor
 nigedum. Excepit te soniqua lituorum deperis
 inquietus, et lancearum imber caelum obtegit. Agu
ley hoc est canticum potius quam program. Fidius,
pondent sidera, redeunt tempora, gaudent numi
na, seruiunt elementa, tuo nutu spicant flumina,
nutriuntur nubila, germinant semina, crescumt
germina, et montium scapule decurrendo, fon
tium veng ebullando, et fluminum vitz obumbran
do.

Stylus Allegoricus, et Peri
phrasticus.

Viguit stylus hic Gothilo seculo (cum non nu
 si allegorias, et caeterissimas, ac audaces metaphoras
 loquebantur) quo illa infana metaphozarum, vel po
 tius allegoriarum dulcedo cuncta per vaferat, et iam
 Jerry

11
ferrum Ciceronis Iuliana dictio, vulgo dicebatur. Con-
 tra aurea gutta tantum frigida quaeque acuminata qui
 hic illi scriptores sua refererunt. Ennodius exemplar
 est: accipe pauca. *Dei* favos loquor, et perdonat
 circa eloquentiæ, nectari liquenti, elementi nulla com-
 11 ponit pinguinum labij mei sapor, epuli divitibus iniquis
 11 ti. Et alibi: Diu salum quædam verbi in statione congo
 11 riti, et in certa liquenti elementi glacida oratione des-
 11 cribit dum sermonum cymba inter loquelæ scopulos
 11 rector diligens foras, et currum artificem fabricat
 11 trahit expedit; pelagus oculi mei, quod aquar-
 11 um simulabat eloquij demonstrati. Vides quot me-
 taphoras, et allegorias frustra gerdat Ennodius. Ad
 orationis quippe delicias, non ad communem quotidia-
 ni sermonis usum inventæ sunt metaphors, quas in
 oblique veli in tradere, Styli monstrorum corpus fa-
ciat recepte est. Distinguant igitur hi colores opus, at
in pictura evenit, non obruant.

Stylus Miscellaneus.

Congeries supradictorum stylosum facit ali-
 um miscellaneum, nihil illo magis traxius, quam multis
 erroribus de turpatus, modo supra coturnos infla-
 tua, modo infra soccum repit, modo dulci, modo du-
 xus, modo Irgæanica, modo Latina, modo nova, mo-
 do vetera verba completitua; aliquando obfusca-
 tua, affectat enim antiquitatem, et recorditam eru-
 ditionem. Semper nullo non vitio laborat. In hanc
 incidunt, qui bonos authores legentes, culta facun-
 do, atque aurea prætermittunt, aspera, dura, et vir-
 dida, reliquunt. Falsum est quandoque Sidonij Apolli-
narij

nois Stylus. Rudi fragmentum omnis descriptionis. Hi sunt, quo rum comparationi digitem tollent. Narisus, Ariaticus, Maspa, Marcellus, Carus, Parthenius, Licetius, et Pallas. Hi sunt, qui invident tunicatis stria, sti 31 pondus paludati, riantia veredaxii, mentatoribusrum, 31 dinary, munuscula legati, portoria quadruglatoribus, 31 proedia provincialibus, flamma muniapi bus, et. exocen 31 ta alia. Hoc igitur pacto, et repetitione per hanc figuram multas antiquitates, varie conquisita analogias congerunt, et agglutinant, et conantur in singulis huius modestitatem complicare lectorem.

Stylus Humilis, et Rudi.

Hactenus ea styli genera perscuti sumus, quae insensuum, verborumque tumore, seu ex ceptu ver santur. Nunc etiam ea, quae istis ex quo sunt oppo sita, ea inquam vitia, quae per defectum contingere solent, discutiamus. Et primum de humilitate occur rit sermo. Est ergo, Stylus humilis dicendi forma ignobili, quae duobus modis accidere potest, vel per sensuum exilitatem, vel per tenuium verborum ab lectam compositionem. Sensus humiles fiunt, cum mi nutis re puti de discutuntur. Verba contempta, cui aut delectu carent, aut structure. Apponit exemplum in verbi Cicero 4. ad Herenn. Nam istic. ad bal neas accepit, ad hunc postea dixit. Hic transer vus me pulsavit, postea dixit hic ille, confidendo, post ille convivium fecit, et magis, magis que proxi mibus clamavit.

Hoc stylo multa extant in sacris lit teris, quae non gentium phaleris excoli voluit de us,

us, et in nuda sermonis simplicitate, prepotenti spi-
ritus clariora essent miracula. Ita locutus est Hu-
milis orbiq; vel in stylo S. Franciscus. Ita S. Ed-
mundus archiepiscopus Cantuariensis. Ita S. Vincen-
tius Ferrerius in suis concionibus. Ita Thomas de Bre-
pi, et alij ceteri sanctitate venerabile. Sed liceat cum
Caupis exclamare. Omitem sanctorum implicitat;
Stylum certe plerumque habent ferreum, sed mentem
auream. Et magna pars Oratorum, passim vanitas! lin-
quam in auxat, et ferriis moribus arvit.

Stylus fluctuans et dissolutus.

Stylus, qui eo non pervenit, quo intendit,
sed prope id fluctuat, errat que, et modo audit, et inci-
pit, et hinc auxus conatus emergere, et per modum ali-
quam volans non inscitam, sicam antequam abspiciat
sub finem lacerat, et pervertit, dividit multa, nec compre-
hendit, ex aliis proficit in aliis, nullo ordine, serie nul-
ta, dissolutus dicitur: arsi sunt omnia ista instar pagi-
lionum volare, impari quidem volatu, modo aaborum
cacumina affectant, arpunt alias. modo odoris flori-
bus, modo ingratu impident; volatus ipse flexuosus est,
et ambiguus, alta petere putata, de gaminis tua, vel retro
agitur, vel adhuc volandi inspicere confidet nexu
culus. Ex eadem in ex perientia, et animumo exercita-
tio contingit vitium. hoc in stylo, cuius tale exemplum
31 affectat Cicero. L. 4. ad Floren. Socij nostri cum bellicosa
31 se nobiscum vellent, profecto ratiocinatione essent, etiam,
31 atque etiam possent facere, siquidem sua sponte facerent
31 et non haberent hinc adiutoria multa, et malos homi-
31 nes, et audaces solent enim diu cogitare omnes, qui mag-
na

na negotia volunt agere.

Stylus Siccus, et Exsanguis.

Vitium huius id est ornamenti carentia, cum omnia liquide dicuntur, sed ita exiliter, ut nullo cultu, nulli leuonibus decorata sese affeant oratio, hoc putant Atticum esse, sed falluntur, nam et si oratio Attica modicior, non tamen in copia, et in eleganti; habet nervos, habet lumina, et tonaxe cetera est, et vulgare. Longius est exemplum, ideo supercedo. Notati sunt hoc vitio Livius, et Lyrius: Inadunt in hunc Stylum, qui fugientes in flatum Stylum eo deveniunt religionis, et omnibus orationum splendens ornamentis.

Stylus Abruptus, et Frigide acutus.

Sunt qui in fesside volunt omnia acuminibus onere coarctare possunt orationis exundantem oron, dicunt quicquid in buccam venit, omnia affectante figurate dicere, unde vel offensa fiunt, vel frigide acuti. Enimvero in multis Pluribus Peritoris cuiusdam exemplum, quicquid aërum volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum civescat nostris regitibus ventibus. Quare orone sua subito oneramus, nostris viciorum. Et huius de vitio.

Qui Stylus Atticus, Rhodius, Asiaticus, Et de Breuitate Laudabili.

Dicendi genus apud antiquos duplex præcipue fuit, Atticum, et Asiaticum, primum quidem limbatum, et emundatum, nihil inane, aut redundans ferens; et non ideo siccum, exangue, et quæ ieiunum. Nam et ea gens acris iudicij, et emundatæ maxime fuit, nullo patet sua squalidum, vancidum, inane, vel quod vitio laborans.

rans. Unde optimus dicendi modus Atticus fuit. Triana
gens tumidiior alioquin, et iactantior vaniore etiam di
cendi gloria inflata fuit. Unde Syllus ipse imitatus
redundans, tumidiior, moleste elaboratus, et molitius factus.

Medius inter utraque Rhodius, et exutus
que mixtu tertium dicendi modum efficit inque m.
attice presus quique a plane abundans fuit. Viguit in
ter Lacones brevis loquentia, cuius amanti prima ingenij
fuit. Unde Laconismus, et Laconicein, brevis loquentia
et breviter dicere. Sed nulla extat Laconij oratio, nisi pe
cialis est in oratoria dicendi modus. Salsbylus quidam
brevis est, qui patris non habet non paucus, admiratorum mul
to, quamplurimum amatores. Et character huc maxime apud
Latinos, et Græcos habitus acute brevis factus est acerrime
ingenij, et solitissimi iudicij; in eo nil inane, nil re
dundans, et ipsum omne est subtile, et modo acore, modo vel
licans, ac brevis antequaque sententiaj habet, verba vero
conquam temeraria, et acris castigazione delecta, et non
vosa brevitate disposita.

Hoc stylo mixandi sunt Sallustius, Cornelius
Tacitus, Seneca, Plinius Junior in panegyrico, et pler
In orat. cat. tius. apud Græcos Theophilatus Sophista, Gregorius Naz.
et Hieronymus. Excipite Sallustium. Postremo omnibus
mixta pecuniam trahunt, versant, tamen summatim
denum divitias suas vincere conqueunt. Attonitio est
solum inopia, foris et aliorum. Mala que res multo
appetita. Denique quod reliquum habemus præter mixte
non aiam. Quod non mixtum in hac periodo? Sed en
Lib. 4. Curium Sallustio parem. Nuntiata daxis gratiarum
actionem apud hostem super vacanciam esse, omne
qui

quæ fecerim clementer, et liberaliter, non amicitia
 eius tribuisse, et naturæ meæ. Alud. Nec omnibus duo
 bus solibus potest regi, nec duo summa signa salvo
 statu terrarum potest habere. En tandem aliud: In
dextris vestali iam libertatem agem, spem futuræ tem
 poris gerenti. Effugit mortem quisque contempserit, tunc
 dissonum quæque sequitur. Nil opus est cetera prosequi,
 hinc cerni possit quanta fuerit huius authoris in hoc
 concipio dicendi genere felicitas. Sed quæ omnium inge
 nia, maiestate, copia felicitate, genio demum ipso, prin
 cipit, et obruit, Seneca est, qui hanc viti styli dignita
 tem quasi ius hereditarium arrogat.

De Optima Figura dicendi, et de Decoro.

In tanta ergo diversitate dicendi is optimus ora
 tor erit, qui per rerum varietate omnia dicendi genera
 perfecte tractare sciet. Id enim Cicero perhibet, quem qui
 comitatus fuerit perfectionis apicem consecutus est. Qua
 tet maxime spectare doctorum personarum, et statum
 locorum, temporum. Nam quæ dicitur si parvi, tenui
 bus, acutis, in firmis, executionibus ad fabellas, crebris
 figuris, si ornuliter cadentibus, rinnitu compositionis, et
 libris, Et hoc in pæso non modo toleratur, et etiam
 plerumque plebitur.

Iuveniulis oratio solet esse nimis, calore pugna
 ti, accurata, ornamentis illustri, compositione concinna,
 nervi, erecta, audax, perculsa. Interdum deliriosa, las
 cia, et ludi buncula. At virilis solet esse magna ponder
 us, pro funde intelligentis, argumentis solidis pertractata.
 In ea translationis pauiores, gravitas in asserendo, con
 tempus minutiarum, et quod extremum est gravitatis
 aug.

augustus quidam deo. Senectus ipsum, mite, et sanctorum
tribuitur. Nam vero si oditioris spectentur.

Coniunctio esse debent magnificae, quae, elictae, par
ce verbi, ample sententiae, semper simplici, gaudenti, gravi
sedato. Rectores politici, accusati sunt, et climati, can
didi, gravem ab affectatione, et quavis libris orationibus
alium. Contionatorum oratio debet esse solida, gravis,
sancta, casta, sobria, maxime si de deo, et avaritiam
terram, et impunitis quae solet adhuc sedatus sermo est.
Alius inquit licet se attollere figuris, copiaque, et la
xitate orationis diffundere, semper morum apud populum di
centibus competunt propria vocabula, apte translationes
verborum motu, conformatione, et figuris omni generis, oratio
plena, succulenta, clara, diserta exemplis, dicta in tex
ta, et ubi opus est incitata, ardens, pugnant.

Philosophi sermo divinitate simplex sit, purus, in
teger, validus, florenti oratio non dissimilis, quod ad
artificiosum agricolarum cultu, et labore naturali pulchri
tudine, accipit, floret, luxuriat. De rebus malibus
acutus, opus, adstrictus, enucleatus. Sophista autem
tor ad voluptatem dicit. eius ergo sermo tere, lenis, su
avis, candidus, molli, pellucens, illex, omnibus gratus, et
venisibus affluens.

Si sermo auditorum confidat, Qui cum
auctoritate loquitur ad inferiores, totus est in rebus, et
constantibus personarum omnium curat, quamquam et gauden
tibus curandis sunt. Nullus est adeo abiectus, cui non
aliquid debeatur, quando quidem, et pili, et aient ha
bet ambra suam. In oratione vero coram digniore
debet emineret sollicita reverentia, et pudor.

Ad sum omnia videndum est an locus saceris,
 an profanus, in pro fano civili, in sacro augustius, et
 sanctius precipi aulicorum flosculis agendum. Unde tem
 pora etiam incurrunt, et oratoria, in quibus oratio vernans,
 et leta, modo simplex, horrida, et quasi distractis orationum
 his debet esse oratio. Consilium oraque locusque ~~longe~~ da
 bunt. Nec pro dignitate, ea maiestate, eo eloquio et caetera
 teritate, qua stes Causibus notet, que ad epitomam redige
 re non inutile fore existimari, quoniam oraque oratio ad
 manum est liber, et si epet fupius ille tractat, quantum
 diligulus comprehendat. Modis vero, quia huius epitomy
 practice orationem daturam indidionus, inscriptionem at ompe
 re orationem est. Et quia in Rhetorica de partibus oratio
 num componentibus agendum est. de exordio scilicet narratio
 ni, contractione, et epitoma oratio tantum quo pacto confi
 ci debeant orationes, et quidem communiores brevi calamo
 scribimus.

Encomium Athenarum
 In genere Demonstrativo.

Continet hęc oratio Exordium, Narrationem,
 Contentionem, Perorationem. In exordio captandi tua
 auditorum benevolentia, quod petita a rebus, vel gesso
 oris, vel que audiant, vel que loquantur, vel de quibus
 loquitur orator. Attentione petita, quia dicturus est de re
 magna, et illustrissima Republica. Docilitas, quia
 breviter, et perspicue locuturus ei.

Narratio dividetur in principia huius floren
 tissima orbis incrementa, ubi hinc Audia, arte, sentia
 que comendantur, in quibus ut sol reliquos plantas
 in splendore superat, et emittat, ita hęc civitas ceteras
 civitates

universi erbes, et sapientissimi omnium hominum academi-
mias summo pere antecellunt, et aera immortalis sapie
gloriam cunctis proximant, deinde enuonea bit, commen-
dabit et mirabere, sapientissimi illos vias, in eos Athe-
nis in laudem gloriam, et stuporem prodire. Virde
tua infuser in res gestas, bella, victoriae, triumpho, trophae,
et tandem in illustres vias, qui illam aroxij et bellica
fortitudine decoraunt, et quantum tempus flouris.

Contentio sit exercitij gratia, ut delictet quibus
magis excelleret Atheniensis republica, an Spartanai
Ne laudes Spartanaz, quas postea con fectabit, vel illis pro-
feres Atheniensij.

In Peroratione enuonea laudes, et arguementa,
et commenda notabilem republicam.

In eodem Geneae

Elazarus via Hebruj e Patricia nobilita-
te iupus carne porinas contra patrias leges manducare
arxaliter veniit. Tertium narratur Machab. Lib. 2. C. 6.
Pertinet ad genus demonstrativum. Factorum charac-
ter orationis sublimis est. Constat primum huc ora-
tio exordio, et hoc quidem petetur ab eisdem locis, a
quibus, petendum diximus in precedenti oratione. Cons-
tat secundum Narratione, sive facti nobilitis propositio-
ne, cui deponere poterit ipsa series historiz, sed non
ades nude, ut ibi narratur, sed exornitur genodis pul-
chris, et verborum con dinnitate.

Constat 3^o Confirmatione, que sumetur ab
honestate facti ab utilitate sicut premio vite eterne
a difficultate cui commenda bitur, quo notatus factus
apparet, a facilitate, possibilitate, et impossibilitate, sed
hij

his tribus non est locus in presenti exemplo adfac-
to. A Circumstantiis, concommittentibus, videlicet. Quis Ele-
azarus? Quid perhiberit? Ubi? Quibus auxiliis? Cui?
Quomodo? Quando?

Quis? Patricium nobilem Hebræum, et illustri
Machabeorum stirpe progenitum, et sacerdotali genere, pro
secta etate. Quid? Contempsit impiam, despectam
in regem tyrannorum potentissimum, Sanctas, et paternas
leges, et habuit sacrilegum, qui et postea gloriosum, et
imitandum exemplum exhibuit. Ubi? in Hierosoli-
mi arce in Sudea celeberrima, omni martirum Regum,
Prophetarum trophæis decorata. Quibus auxiliis? In
cæcis, et celestibus ab ore manantibus, divino numine, et
lumine afflatus, et flagrans, et intuens salvatorem
Christum venturum. Cui? ut soli Deo placeret, et
gentem suam tanto favore decoraret, ne contra ef-
ficium scandalum esse Junioribus, et optatissimam
martirij palmam acciperet. Quomodo? crudele ge-
nus martirij assilens, et inerte supplicium susceptum. Quan-
do? Cum plures à divinis legibus minus tormentum
perteriti deficiebant. Cum auctoritas Seniorum con-
firmantium, ac timentium maxime opem necessaria
erat, cum Sudea gens calamitatibus afflictis sangui-
ne martirum, constantiaque in passionibus indigebat.

Quarta debet esse confutatio, sed ferè par-
te orationis non invenitur in laudibus; sed ali-
quando adhibenda sit, constat loci contrarij, super-
dicte confirmationis. Quinta constat per orationem,
et hæc brevem repetitionem argumentorum, et affectuosa
tulationis, et imprecationis in legem commiserationis in-
trij

trius tribus. Inquenti gratulatio sit gloriose seni Ele
azaro, et genti Machabeorum, et orbi Hierosolymu
tanq. Sicunde tanti facti imitatio commendetur, vel
animi in admirationem erigantur, vel acris repre
henso fiat, quod ovis sine tanto vitæ discrimine leges
divinas toties perfringamus; et ad id exhortetur, vel de
hortetur orator auditores. Commiserationis orationis locus
in presenti.

In eodem Perere.

Ad hoc genus etiam pertinet cum aliqua vir
tas ingenere laudatur in genere inquam, nam si res
opus orationis est, aliquem, aut aliquos exhortari, et
electo vitio cum ipsa virtute pigmente, virtutem
totis viribus assequantur, ad genus deliberationis con
tinuis spectat. Itaque si orationem de laudibus fortitudinis
constituere velis, illam simili dispositione efficias.

Exordium, quale in superioribus dictum abira
tantis tamen mutandi, ita ut presenti materiz con
gruenter ad aptetur. Propositio. Que virtus commenda
da? definiatur, dividatur, separatur a vitio, describa
tur, similibus, et florida verborum charactere expli
cetur. Qualis? Illa scilicet quæ est viras, et sapien
tia, et dignitate claræ, aut sanctitate conspicuæ, totius
multis ante oculis laudibus commendaverunt.

Confirmatio sit ab honestate ipsius virtutis, et
utilitate subiecti, illam scilicet habentis, a difficultate
que acquiritur, vel a facilitate, et audacia, qua
viri fortes audaces queque aggrediuntur, a exemplo
illustrum virorum, Sicut Machabei, Lucij, et Pau
li Similit, Pompei, Cesaris, Alexandri & qui bellis
fortitu

fortitudine poluerunt; vel si e sacris litteris, vel e Chri-
 stianorum monumentis aruere veli exemplis. Iobis in
 exaunio positus, Iobias in caecitate consuetus, septu-
 Machabei in tormentis decruciat, Laurentius in con-
 tricula apatus, Stephanus lapidibus obrutus, et ceteri mar-
 tyres cruciatibus excarnificati fortiori tibi exemplo erunt
 ad fortitudinem conficiendam.

Confutatio, que niam illi locy non est in
 vehatur in oppositum vitium pupilano iocunditatem, timi-
 ditatemque, eamque ob eius turpitudinem, et utilitate
 parvi gendes, et tandem exempli, et similibus depua
 debi.

Peroratio repetiti breuiter argumenti ad iustitiam,
 et imitationem auditores hortetur.

In vectiva in usum, seu abusum
 Bacchanalium, vulgo Carne tolendas

Hec oratio pertinet ad idem genus demonstrati-
 uum, quia huiusmodi ludus auon usus vituperatus. vel
 si mavis ad genus deliberationum, quia finis est depua-
 dere, et cum ab hominum voluntate, et memoria re gra-
 gare.

Exordium poterit fieri abrupto, haud secus ac li-
 cere orationem primam in Catilinam, hunc in modum.
 Quo usque tandem, o mortales, apud nos ludicros Eth-
 nicorum mores retinebimus? Quo usque et vino, et epu-
 lis luduque set ebrietate vacabimus; quandiu illa
 celestium, et ab errantium hominum commentis nu-
 mina, Christianorum vitzo aum vitam deducunt, regent
 temperabunt? Quandiu nos Veneri, et Baccho, ceterisque
 antiquitatu non deis sed monstris, indigni sacrificamus?

Progo

Propositiō turpitudinem, ac fastiditatem represset
tet Sacro uon Bacchi, que origia, Bacchanalia, et Trota
ca et Dionysia nuncupant. In quibus viri, et femine pro
miscue ipso bachantes Baccho, et omni uerecundie iure
fas que profligato, nil flagitiorum intentatum relique
bant. Sed hoc breuiter, ac modeste dicatur, ne pijs au
dientium aures offendat. Postremo similitudinem, que
nostra Bacchanalia cum illis antiquis habent, exponat.

Confirmatio fiet ab edificatione utriusq;
1^o est ipsorum turpitudine, et indecentia, et hoc solent
simil argumenti stabiliat. 2^o est alium exercitio
num indignitate; neminem quia homines eternita
tis candidatos, temporalibus, ac puerilibus ludis stud
re non decet, nec aqua celesti prope natura in bel
luis animos illos degenerare, immo, et ipsi bellus
